



022

020

026

016

031

011

071

121

## PROOEMIUM

### DIVISIO TOTIUS EVAGATORII.

(B) PRIMA pars continet prooemium, quod complectitur peregrinationis sanctae terrae, et ipsius terrae promissionis laudem, et deinde primam evagationem F.F.F. et reversionem. De post vero continet secundam evagationem usque ad Jerosolymam, cum descriptione omnium sanctorum locorum terrae sanctae, in quibus F. F. F. evagatorii compositor fuit, ut processus demonstrat.

SECUNDA pars continet evagationem a Jerusalem per Palaestinam et per desertum Arabiae ad montem Sinai in terra Madian, et recessum a monte Horeb ad Oram maris rubri in Aegyptum, et reversionem per mare, cum descriptionibus insularum Graeciae, et terrarum usque Venetias, et descriptionem Venetiarum ac alpium Alemanniae et Sueviae. Et ultimo ponitur descriptio civitatis Ulmensis et conventus nostri, cum diversis annexis.

Primae partis primus tractatus continet prooemium, commendationem terrae sanctae, et primam F.F.F. profectionem trans mare, et inchoationem secundae profectionis usque ad mensem Majum. Secundus tractatus continet peregrinationem mensis Maji, cum descriptione maris, et politiae Galearum.

Ende

Anfang